UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Jahr 1643. biß in den Monath October Anno 1645. zwischen Jhro Römisch-Käyserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1734

VD18 90103084

§.XI. Die Schweden bemühen sich die Schuld von sich abzulehnen, daß sie an der Verzögerung nicht Ursach wären; Formalia selbiges Schreibens an die Kayserliche Gesandten.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51787

Visual Library

1644. Julius.

§. X.

Der Caſſel. Geſandte erlangt endlich Audienz bey den Kayſerlichen.

Auf dasjenige, was die Kayſerliche Geſandten, an ihren Hof, wegen der den Heſſen-Caſſeliſchen Geſandten abgeſchlagenen Audienz berichtet hatten, reſcribirten Ihro Kayſerliche Majeſtät unterm 13. Jul., daß ſie daran nicht unrecht gethan hätten, wann ſich aber ſelbige immediate bey den Kayſerlichen anmeldeten, ſo könnten ſie dieſelben, wie auch andere dergleichen non reconciliatos, anhören, und ſich gegen ſie, laut der Inſtruction erzeigen. Die Kayſerliche Geſandten ließen ſolches per tertium, ohne des Venetianers Interpoſition, ihnen andeuten, worauf der Heſſen-Caſſeliſche Abgeſandte IOHANN VULTEJUS, Freytags den 29. Jul. Nachmittags, auf ſein beſchehenes Anlangen und eingeſchicktes Creditiv, bey den Kayſerlichen Geſandten zu Münſter, Audienz gehabt.

Dabey vorgegangenes Ceremoniel.

Das Ceremoniel war dabey dieſes, daß ihn die Kayſerliche Geſandten bey der Thür des inneren Saals empfangen, und biß in die Stuben vorangegangen, auch im Sitzen die Oberhand genommen, ſodann beym Abſchied, vorangehend, ihn wieder biß zu der Thür des äuſern Saals begleitet, und daſelbſt ihm den Abſchied, mit Darreichung der Hand gegeben. Sein Anbringen beſtund in bloßen Curialien, mit dem Anhang, daß die Kayſerliche Geſandten, was er etwa an ſie gelangen laſſen würde, gerne anhören und guten Willen bezeigen möchten:

Sein Antrag iſt nur general.

Worgegen ihm die Geſandten, Ihro Kayſerlichen Majeſtät guten Willen und Begierde ad reducendam in Imperio pacem remonſtriret, ſich auch anerboten, wo dergleichen etwas, ſo hierzu dienlich wäre, ſollte gebracht werden, ſie nicht ermangeln wollten, ſolches gerne anzuhören, und ſich der Gebühr darauf vernehmen zulaſſen: Worbey ihm auch Eröffnung von den Militariſchen Exceſſen geſchah, welche von den Heßiſchen Trouppen, mit Beunruhigung der Straſſen zu Schulden gebracht worden, deren Abſtellung er verſicherte:

Heſſen ſucht bey Holland einige Trouppen.

Doch lief bald hernach von dem Feld-Marſchall Grafen von GLEEN Nachricht ein, daß der Frantzöſiſche Reſident RORTE und der Heſſen-Caſſeliſche Geſandte von CROSIEG, unter dem Vorwand der Oſt-Frießländiſchen differenz, nach dem Haag gegangen wären, um Volck von den Staaten zu begehren, damit die Heßiſche ein Corpo von 6000. Mann formiren, und eine diverſion machen könnten.

§. XI.

Die Schweden bemühen ſich, die Schuld von ſich abzulehnen, daß ſie an der Verzögerung nicht Urſach wären.

Alldieweiln ſich es nun mit exhibirung der Vollmachten zu Oßnabrück, erzehlter maßen, verzog, und die Schuld völlig auf die Schweden geſchoben werden wollte, welche durch den wieder Dännemarck erhobenen Krieg, die Mediation verhindert hätten, die Kayſerliche Geſandten auch weder eine andere Mediation annehmen, noch auch immediate mit den Schweden handeln wollten; So ſuchten dieſe, in folgendem, ſonderlich den Worten nach, ſehr ſchönen Schreiben, welches, weil es die Kayſerliche Geſandten, alß es ihnen durch den Syndicum zu Osnabruk præſentiret wurde, nicht annehmen wollen, die Schweden hernach an die mehriſten Reichs-Stände communicirten, ihre Unſchuld, gegen die Kayſerliche Geſandſchafft, an den Tag zu legen:

Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Domini Legati.

Formalia ſelbiges Schreibens an die Kayſerliche Geſandten.

Quantis bellorum calamitatibus Imperium jamdiu immerſum, quam efflictim pacem deſideret: quo fervore zeloque fœderati Reges ac Principes eam hactenus promotam voluerint: quam parum vero ea Veſtræ parti curæ cordique fuerit & adhuc ſit, id abunde teſtatur multorum annorum experientia in hunc diem continuata. Ad Præparatoria Pacis tria ſolum ab initio requirebantur, *Locus*, *Tempus*, *Securitas*; Paucarum horarum opus! in tot tamen annos extractum! Quod ſi ab ejusmodi auſpiciis præſagia futurorum capienda ſunt, verendum eſt, ne miſerandæ proportionis calcu-

1644. Julius. calculo, pax ipſa in infinitum extrahatur cum Germaniæ totius interitu. Annus eſt, ex quo diem, tandem mutuo edictum, Ordinibus Imperii notum fecimus. Novem menſes tranſivêre, poſtquam miſſis Salvis-Conductibus decenter invitavimus eos ad loca Congreſſui deſtinata. Potuiſſent vi dictorum Conductuum, permiſſu Ratisbonenſium Comitiorum, jure Status proprio, non ſolum tuto venire, ſed & rationes habuerunt graviſſimas, cur omnino approperare debuiſſent. Quid tamen eos moretur, norunt ipſi: nemo adhuc comparuit. Cæſarea Majeſtas ſingulare Pacis deſiderium publicis literis paſſim oſtentat. Excellentiæ Veſtræ ſe, ad agendum de pace, Mandatis & poteſtate munitos palam profitentur. Nos ipſi, neceſſariis omnibus inſtructi, provocavimus Vos aliquoties ad initium Actionis faciendum. Tantum tamen abeſt, ut adhuc ad tractandum nobiſcum induci potuerint, ut ne ſola quidem Procuratoria (in quibus tamen fundamentum Tractatus, tractantiumque legitimatio, continetur,) vel commutare, vel ſaltem oſtendere, voluerint. Utrum idem ſit, deſiderare pacem, & tractatus pacis adſpernari, judicent, quorum intereſt, reipſa potius, quam verbis, cupidinem eam declarari. Obtenditur quidem, Sueciam, injuſtô bellô, Meditatorem ab officio incœptoque arcuiſſe: atque adeo hanc eſſe cauſam, cur nolit jam Imperator, absque optime de ſe merito vicino Rege, & absque Sueco-Danica Cauſa, Imperii pacem tractare. Verum quo zelo tranquillitas Patriæ quæritur, eô fundamento hæc quoque dicuntur. Conſtat è publico Manifeſto, S. R. Majeſtatem Regnumque Sueciæ, nequaquam propter Mediationis officium, quod pluribus de cauſis libentius ſucceſſurum optaſſet: nec ut Membro Imperii Romani, cui alias toto hoc bello Neutralitatem indulſit: ſed ut Regi Daniæ, ob injurias Regno Sueciæ illatas, bellum hoc Danicum, non tam intuliſſe, quam ſibi prius per cuniculos injuſte illatum, jure meritoque, propulſaſſe coactam fuiſſe. Ut jam hujus cenſuram & judicium absque ipſarum Partium, Ordinumque Imperii conſenſu, ſibi ſumat Imperator, id, quo jure vel injuria fiat, tam exteris Regnis, quam ipſis Ordinibus merito conſiderandum relinquitur. Nunquam ſane antehac, quantumvis iteratis inſtantiis, Ordinibus ſuaderi potuit, ſive Cenſura ſive Societas belli Belgici: etiamſi Rex Hispaniarum, ratione Burgundiæ, Imperii membrum fuerit; multoque propinquiores ei viſæ ſint rationes adſtipulari: Et jam, univerſum Imperium, inſcium & invitum, adeoque inteſtino adhuc bello involutum, non ad decernendum duntaxat de exterorum Regnorum a ſuo foro plane alienis Controverſiis, verum etiam ad easdem ſuo ſanguine dirimendum, cæco velut impetu raptatur! Si hoc eſt promovere pacem, dicant ipſæ Excellentiæ Veſtræ, quid ſit bellum ex bello ſerere? Habent iſta Regna ſuum Forum, ſua Pacta, ſuos Mediatores peculiares: quorum opera nunc alibi de reconciliatione laboratur. Habent & Osnabruga & Monaſterium, absque iis, negotiorum plus ſatis. Quod ſi tamen Suecia Daniaque paterentur, etiam ſuas huc lites trahi, putandumne eſt, hoc modo pacem Germaniæ facilitari? ac non potius multo reddi impeditiorem? Sed eo, proh dolor! nunc ventum eſt, ut Patriam ſuam, Patriotæ ipſi, cunctarum exterarum diſceptationum theatrum fecerint! Sperant forte Cæſareani, eo pacto faventiorem rebus Cæſareis, quam Suecicis, fore Regem, tot antea meritorum laudibus celebratum. Verum ita ſit, ut dum ab æquanimæ Neutralitatis ſtudio Mediatorem commendari deceret, unius partis meritorum ſuſpicione gravetur. Notum inprimis eſt, quod jamdiu multis ſuaſerit Rex internæ pacis ab externa diviſionem. Qui dividit, imperat. At enim, ſit id, bene mereri de Imperatore, de Imperio utique non eſt. Qui hactenus paria conſilia ſecuti ſperabant, Imperio ſibique ſeparata Pace belle proſpectum eſſe, ab eventu didicerunt, nequaquam id à diviſionis auctoribus actum eſſe, ut vel ipſi vel Imperium fruerentur ſecura pace, ſed ut utrique acriori cum ex-

exteris bello committerentur. Commiſſi ſunt, ſuo, publicoque malo! caveant exemplum cœteri! Alterum forte meritum videri poteſt, quod ſub ipſum pacifici Congreſſus exordium, cumulatis in Sueciam injuriis, Suecorum arma ex Cæſaris, in proprias ditiones attraxerit. Non putavit forte Danorum hic impetus, hunc Suecis animum ſupereſſe. Id tamen, in gratiam oſorum pacis ceſſurum, facile prævidere poterant, ut Rex ipſe, capto exinde prætextu, revocandi ſuos Osnabruga Pararios Pacis, Imperatori campum aperiret, bellum latius explicandi. At, ſit ſane id, optime de Imperatore meruiſſe: certe, de Imperio, nil niſi pacem poſcente, peſſime meritum haud immerito dici meretur. Sive autem Cæſarea deſtinata poſtularunt, rupto Tractatu Pacis, arma in Imperio continuari; ſive Daniæ ipſius interfuit, (intererit autem ſemper,) ut potentium utrinque Vicinorum vires mutua armorum colliſione diutius atterantur; nullo tamen ſuo merito Sueci rejectæ vel abactæ Mediationis Danicæ incuſantur. Neque enim Suecia, ſed Dania, prima cauſſam bello dedit. Et Danici Legati, nec literis, nec verbis, nec ulla re alia coacti; ſed propria ſua ſponte Mediatricem ſtationem deſeruêre. Qui autem primus bello cauſſam dat; qui primus Tractatum Pacis deſerendo fugit: is quoque cum ſociis ſuis, & primus & præcipuus tum violati Tractatus, tum belli concitati auctor meritiſſimo jure cenſetur. Quid multis? ſi ſeriò etiamnum Pacem vult Imperator, non eſt, quod queramini, eam interventui Danico alligatam eſſe. Nulla Mediatio eſt de ſubſtantia Tractatus. Obtulimus Excellentiis Veſtris Tractatum immediatum: cur eum reſpuerunt? Oblata eſt Interpoſitio Veneta: cur ea non acceptatur? Quinimo non recuſavimus, ut ipſi Status Imperii, ſicut hactenus, ſuo malo, revera Medii fuerunt in bello, ita nunc, ſuo bono, Pacem inter nos mediare juvarent. At ii quoque variis nunc artibus à Conventu abſterrentur! Quid igitur reſtat, niſi, ut irrefragabili ſequela concludamus, eum, qui offert Tractatus, Pacem offerre: declinantem Tractatus, declinare Pacem! Voluimus hæc pridem Excellentiis Veſtris ſignificare, ne tacendo, damnoſæ tergiverſationis prætextus approbare videremur. At Mediatore iis accepto hactenus deſtituti, mediante jam tandem hoc ſcripto, præſtamus, non tam, quod, Eas vel hoc modo ad tractandum, aut ſaltem Plenipotentias commutandum, allici poſſe, ſpes ſit, obſtantibus (ut ipſæ ferunt) Principalium ſuorum interdictis: quam ut oſtenderemus, eos indigne aliis moram imputare, qui ipſi in mora culpaque ſunt. Quodſi tamen etiamnum aliquid ſuperſit, quo putent ſe poſſe protractæ hanc Pacis notam effugere, his eas ex abundanti provocamus, ut id quantocyus edant. Sin minus, ſperamus S. R. Majeſtatem Regnumque Sueciæ, cum Fœderatis ſuis, nosque ipſos, tum Excellentiis Veſtris, tum toti Imperio, adeoque Orbi Chriſtiano fore excuſatos, ſi, tot modis fruſtra tentatis, cogamur, tandem, re Deo commiſſâ, diſcedere: his eas divinæ protectioni commendantes. Dab. Oſnabrugis dat. 29. Julii ſt. vet. An. 1644.

§. XII.

Der Kayſer conſentiret in ein neues Formular der Vollmacht jedoch auf gewiſſe Maaße.

Mittlerweile langte die Kayſerliche Inſtruction ein, wie ſich die Geſandten wegen des, von den Mediatoribus in Vorſchlag gebrachten gemeinſamen Formulars einer Vollmacht, zu betragen hätten, dahin gehend: 1) Jhro Kayſerliche Majeſtät wollten ſolches Project an die Chur-Fürſten, zu ihrem Gutachten gelangen laſſen: 2) Indeſſen könnten ſich die Geſandten gegen die Mediatores erklären, daß, wann in ſubſtantialibus nichts, ſondern allein in exordio der Vollmacht, nach des Venetianiſchen Oratoris Vorſchlag, etwas unverfängliches ſollte geändert werden, ſolches geſchehen könnte; wann aber in ſubſtantialibus ihnen etwas zugemuthet werden wollte, hätten ſie ſolches zu referiren, ſich aber zuvor bey den